Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

dies redempcionis nostre . reparacionis an-
tique . felicitatis eterne . hodie pax e nun-
ciata nobis hominibus . vt canit im
principio angelico qui hodie e factus .
Hodie vt cantat eccia per totum mundu
melliflui facti sunt celi . hodie apparu-
it benignitas et humanitas saluatoris
nostri dei . quia vt dicit Bern . potencia
apparebat in rer creacione . sapia vero .
in eor gubernacione . s benignitas ma-
xime nunc apparuit in humanitate .
Hodie adoratus e deus / in similitudine
carnis pcci . hodie et nos cum xpo sumus
conformati . quia generacio xpi origo e xpi-
anorum . Hodie illa duo miracula coruscu-
erunt . que omnem superant intellectum . et
sola fides apprehende potest . scilicet quia
deus nascitur et virgo parit . hodie aliorum
miraculorum claruit multitudo . Denique
omnia que de incarnacione dca sunt . qua-
si hic clarius eluxescit . ibi inchoata hic
manifestata videas . nunc illa . ac ista
coruscare et applicari . Merito ergo e ista dies
gaudii et exultacionis . ac leticie magne
nimis . Oracio

Ihesu dulcis qui de ancilla hu-
mili . humilis natus . te humili-
natum humilitatis pannis
inuolui et in presepio reclinari voluisti
da michi clementissime due . per tuam i-
nenarrabilem natiuitatem . renasci in
me noue vite sanctitatem . et sic sub
habitu et pannis mee religionis humili-
dei . vt inter arta regularis disciplme
studia velud in quodam presepio reclina-
tus ad culmen vere humilitatis valeam
attingere . et q nostre humanitatis . et
mortalitatis fieri dignatus es parti-
ceps . da michi tue diuinitatis . et
eternitatis esse participem Amen .
Sexta pars ca

De circumcisione dni capitulum xi

Postquam autem consu-
mati et completi sunt dies octo
saluatoris a natiuitate dni secun-
dum veritatem computando . vt
circumcideretur puer secundum legis precepta
quia hoc erat tempus circumcisioni depu-
tatum . vocatum et declaratum e nome
eius ihesus . id est saluator quia in circu-
cisione plebat nomen imponi . quod scilicet
nomen iam ante impositum a deo voca-
tum idest prenunciatum e ab angelo . prius-
quam in vtero saluator virginis concipe-
retur de spiritu sancto Ritus circumcisionis
a beato patriarcha Abraham exordium
sumpsit . quando et nominis amplifica-
cionem accepit . Nam cum signaculo cir-
cumcisionis augmentum et immutacionem
promeruit nominis vt q prius dicebatur
abram . i . pater excelsus . deinceps ob me-
ritum fidei diceretur abraham id e pater
multarum gencium . Nec solum ipse . sed e-
ciam venerabilis vxor eius . augmentum
nominis cum immutacione promeruit .
vt que prius dicebatur sarai . id e princeps
mea et domus sue tantum . deinceps
diceretur sara id est princeps omni vocte
credencium feiarum . Ex hoc ergo in consue-
tudinem venit q ad huius rei imitacionem
noia imponerentur pueris in die circumci-
sionis eorum et sicut puero ihu e factum .
Ab humilitate ergo que e radix et cus-
tos virtutum ihus sumens inicium cir-
cumcisionis accepit signaculum . vt qui
te sanguinis sui preciumi non tardas
effundere / se tuum verissimum saluatorem
ostendat patribus tam verbo quam
signo repromissum . eisque assilatum per
omnia preter ignoranciam et peccatum
Duo magna hodie sunt facta . primum
q nomen saluatoris ihus e manifestatum
q ab eterno sibi erat impositum et
ab angelo priusquam in vtero conciperetur